

secetur per propositionē ix, li, i, elemē, Eu, producta recta linea
 b e. Et a signo d, ipsi b e, ad rectos angulos agatur d e, incidens
 in ipsam b e, super e, signo. Eadē deniq; perpendicularis d e, in
 utraq; partes producta secet ipsam quidem a b, in a, et ipsam
 b c, super c, puncto. Et ex b e, auferatur b f, quæ per propositiō
 nem vltimā libri ii, elemen, Euclidis possit areolam parallelo
 grammi seu rectanguli cuius longitudo æqualis extiterit ipsis
 d e, e c, pariter iunctis in directum, & latitudo ipsi d c, æqualis.
 Et per f, signū producatu f g, parallelus ipsi c e, & secans b c,
 lineam sup g. Et quoniā per constructionē angulus b e c, rectus
 est, & f g, parallela ipsi c d e, igitur per propositionē xxix, li, i,
 elemen, Eu, angulus b f g, rectus est. Ex hypothesi autē angus
 lus f b g, dimidius recti existit, igitur per propositionem xxxii,
 eiusdem libri primi elemen, angulus b g f, recti dimidius est.
 Et quia duo qui ad basim b g, sunt anguli, trianguli b f g, sunt
 æquales igitur per ppositionē vi, eiusdem primi libri elemen,
 f g, æqualis est ipsi b f, cuius quadrat⁹ æqualis est p cōstructionē
 nem parallelogrammo habenti longitudinē quidem æqualem
 ipsis c e, e d, pariter additis in rectum, latitudinē vero æqualem
 ipsi c d. Igitur quadratus ipsius f g, æqualis est parallelogram
 mo rectangulo habenti longitudinē quidem æqualem ipsis c e,
 e d, in rectum pariter additis latitudinē autē æqualem ipsi c d.
 Ita quod quadratus ipsius f g, æqualis est quadrato ipsius c d,
 et duplo eius quod fit sub c d, d e. Producta deinde b e, in partē
 b, vsq; ad h, signum sitq; b h, æqualis ipsi b f. Ipsa deniq; e f, in
 aliquot vtcūq; scindat sectiones atq; per sectionū signa ipsi a c,
 paralleli peragantur secantes a b, b c, datas lineas, quanto autē
 arctiores ipsius e f, sectiones capiuntur, tanto exactius scriber
 tur per d, signum hyperbole non coincidens a b, b c, rectis.
 Earundem quoq; sectionum prima sit e i, & per i, ipsi c d e, par
 allelus sit actus i k l, secans b c, in l, puncto, atq; ex ipsa i l, de
 matur i k, potens parallelogrammū rectangulū sub h i, i f, con
 tentum. Et quia per propositionē vi, li, ii, elemē, Eu, f h, bifariā
 secatur in b, atq; ipsi f h, in rectum additur f i, ergo quadratus
 ipsius b i, æqualis est ei quod fit sub h i, i f, et quadrato ipsi⁹ b f.